



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliarvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

I. Res ecclesiae pignori obligatae, a filio vel haerede obligantis, ecclesiae debent resarciri.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

CAP. XV. *Item Lucius tertius.*

Super re  
sacra trans-  
igi non po-  
test.

Quoniam ex plenitudine potestatis, &c. super eo quod quaesisti, vtrum super ecclesiastico beneficio in litigium ducto, possit fieri transactio, tale damus responsum: sicut iam pridem, si bene meminimus, alii non absimile quaerenti dedimus responsum, quod secundum formam transactionibus adscriptam, super re sacra litigiosa minime transigi potest. Res \* ergo sacra, vt possideatur aliquo dato, vel promisso, vel retento, speciem habere non immerito credimus simoniae. Alias autem gratis & amicabiliter inter se litigantes componere, sacris Canonibus non ducimus obuiare.

PARS  
XXIX.

DE ALIENATIONE RERVM  
ECCLESIAE, ET DE EARVMDEM  
recuperatione.

## CAP. I.

*Alexander III.\* Exoniensi episcopo.*

Ex praesentium latoris insinuatione accepimus, quod Alexander quondam sacerdos ecclesiae dictae Offetolon, calicem quemdam argenteum, & medietatem vnius breuiarii eiusdem ecclesiae pro sua necessitate pignori obligavit, & ea, morte praeventus, minime recolligit. Vnde quia indignum est, vt eiusdem ecclesiae res suae, & praesertim, quae sacris ministeriis deputatae sunt, taliter debeant deperire, fraternitati tuae, &c. quatenus si verum est quod asseritur, filium eius V. qui ex successione eius, ipsius patrimonii ius dicitur obtinere, moneas diligenter & compellas, vt res ipsas pignoras recolligat, & eas ecclesiae restauret: quod si facere noluerit, eum vinculo anathematis non differas coercere.

## CAP. II.

*Idem eidem. Pars capituli; Ad aures. supra de sponsis.*

De his qui parochiales tenent ecclesias, fraternitati tuae taliter duximus respondendum, quod ad reparationem & institutionem ecclesiarum cogi debent, cum opus fuerit,  
de bo-